



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

20. Martij. 13. Cal. April.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

creati- omnia. At verò per totos triginta  
onis. annos operatus est salutem tuam in  
medio terra.



20. Martij. 13. Cal. April.

Floruit **B** HUGO, Abbas Nucariæ in Sicilia:  
anno ad quod monasterium construendum ex Hispania transfretasti. Qua  
1171. sanctitate vitam traduxeris, etiam his  
temporibus produnt miraculorum beneficia, quæ tuis suffragijs incolæ consequuntur, cum ad sepulchrum tuum supplices procumbunt. De reliquo celeberrimi nominis famam, adhuc inter mortales degenti, peperit paupertatis, & pauperum amor; quibuscum omnia habebas communia: illos fratres appellare, atque ut talibus mirademissione animi servire solitus. Doct

Pauperum amator.

Fraternitas. *me fraternæ charitatis regulam semper habere præ oculis: ut sincerus cum externa conversatione animus sinè simulatione conveniat. Sim humilis absque fictione: tristis sinè abjectione: patiens sinè contradictione: verba & facta sinè proximi offensione.*

Flor. añ **B. THOMA:** qui Villarij unà cum  
1203. duobus fratribus germanis, ac paren-

re, omnibus sanctimoniâ claris, fideliter famulatus, tam in vita, quàm post mortem multa patrâsti miracula. *Ora Deum, ut mihi det gratiam filialis erga se amoris: & promptum animum, diu notique illi fideliter serviendi.*

B. EBRARDE, Comes Montensis: *Floruit*  
 qui cùm in quodam conflictu majori anno  
 rem, quàm post optaveras, stragem *1131.*  
 hostibus intulisses; pœnitentiâ ductus,  
 sanctorum Petri & Pauli, ac D. Jacobi *SS. li-*  
 liminibus devotè visitatis, in rustica *mina*  
 Morimundensis cœnobij villa, opilio- *visit.*  
 nis vilem personam induisti. Tunc sa-  
 nè DEO proximus, cùm à tuis remo-  
 tissimus ageres. Ditiore, quando porcus *Opilio-*  
 à te, quàm inter delicias corpus pasce- *nem a-*  
 batur. Tum denique te vel maximè *git:*  
 inveniebas, ubi omnino amissus crede-  
 baris à tuis. Verùm non longo tempo- *à suis*  
 ris intervallo ab ijs agnitus, & ad repe- *agni-*  
 tenda fortunæ bona rogatus, non pri- *tus ad*  
 us redire acquievisti, quàm assumpto *propria*  
 religionis habitu, nova sacræ militiæ *redit, et*  
 castra in patrijs ædibus metareris: am- *cœnobi-*  
 plissimum nempe molitus es monaste- *um cœ-*  
 rium: in quo ad reparandam quodam- *struit.*  
 modo hostium cædem, tot ad melio-  
 rem vitam revocarentur, quot olim  
 tua manu ceciderant. *Fac, ut nunquam*  
*porcos pascam; id est, infernaliam monstram*

Cibus  
dæmo-  
ni pec-  
cata.

*paleis ac sordibus peccatorum; quibus scilicet illa delectantur: sed pascam Angelos pane lacrymarum, quo illis gaudium, mihi verò illorum aliquando in cælis consortium pariam.*

S. BERNARDUS, ser. 12. de divers.

Miseria  
homi-  
nis è  
summo  
felici-  
tatis  
gradu  
ad be-  
stias de-  
trusi.

*Erubescere, quòd pro consortio Angelorum, consortium sortitus es pecorum; non modò in necessitatibus corporis, sed etiam in affectibus cordis. Cum jumentis partiris cibum terræ, quia panem Angelorum, panem fastidisti cœlestem. Non solùm autem, sed etiam, quod pejus est, in recto corpore curva est anima: & in corpore manet humane anime similitudo, in anima verò bestiali similitudine mutata est similitudo Dei.*



21. Martij. 12. Cal. April.

Ordinĩ  
dat ini-  
tũ añõ  
520.

S. BENEDICTE, Protopatriarcha Sacri Ordinis Cisterciensis. Tibi hodierna die solenne festum omnes filij tui (quorum numerus uni DEO cognitus est) tam in cœlis tecum trium-

um.